


05 A 527

05  
A  
527





C U M S P I R I T U  
S A N C T O ,  
*VII. DISPVATATIO*  
*συνοδολογική,*  
eaque  
IV. Specialis & posterior de S y N O D O  
C O N S T A N T I N O P O L I T A N A I .  
Oecumenica II.  
*De*  
**M A C E D O N I A N I S M O**  
sive πνευματικά, vetere ac Recenti.  
*In Electoraliad Albim Academiâ,*  
Proposita  
*A U T O R E ac P R A E S I D E*  
**I O H A N N E F Ö R S T E R O**  
SS. Th. D. & Prof. Ordinario.  
*Respondente*  
**F R I D E R I C O V V A G N E R O**  
Regio-Montano Borusso.  
*Addiem V. Decembr. horis locoq̄ consuetis.*  
*WITTEBERGÆ,*  
**E x officina Iohan. Gormanni**  
*A N N O M. D C. XII.*

MAGNIFICO DN. RECTORI.

IOANNI PAPIO Med. D. Illustrissimorum  
Borussiæ ducum Archiatro & primario in Academia  
Regiomont. Medicinæ Professori.

VIRIS ITEM  
Reverendiss. Clariss. Doctiss.

ANDREÆ POUCHENIO SS. Theol. D.  
eiusdemq; facultatis in Academia Regiom. Boruss. Pro-  
fessori primario, & Ecclesiæ Cneiphov. pastori meritiss.

IOHANNI BEHM SS. Theol. D. Illustrissi-  
morum Borussiæ ducum Concionatori aulico, & Pro-  
fessori celeberrimo.

M. GEORGIO MYLIO Hebreæ linguæ  
Professori, & in Ecclesia Cneiphov. Diacono solertiss.

M. IOHANNI LEUKENRHODIO,  
Ecclesiæ Löbnicensis Regiom. Boruss. pastori vigilantis.

IACOBO SOETH aulæ Electoris, in Regio  
Boruſſorum monte Diacono sedulo maximeque pio.

URBANO LEPNERO Seniori, V.O. Re-  
giom. Boruss. Diacono fidelissimo.

Dominus suis preceptoribus, Mecenatibus & patronis  
unice colendis.

Theologicam hancce Διάσκεψι

debitæ observantia  
grata memoria  
& maioris commendationis ergo  
offert

OS A 527

TRICENTIUS. DE CLOVIDIUS Respond.

# CONTINUATIO Aphorismus I.

¶ Perā disquisitione delibavimus Synodi Constantini-  
politanæ Historica: hāc Dogmatica ejusdē persequemur.  
II.

Et hāc sanè classicum Fidei nostræ articulum  
attīngunt, de SPIRITU SANCTO, quem primus  
omnium ausus oppugnare Macedonius, Episcopus Ecclesiæ Con-  
stantinopolitanæ, Paulo indē expulso, armatā manu obtrusus, ad-  
eō ut 3150. homines miserè conculcati & occisi fuerint.

Socrates lib. II. c. 12.

Sozomenus lib. 3. c. 8.

## III.

Hic primus τῆς πνευματουμάχίας, Βέραξ Θεος, ob id ipsum, pri-  
mus omnium dici capi πνευματομάχος, (a) (referente Basilio)  
eiusq; Asseclæ Maccedoniani & πνευματομάχοι

Socrates lib. II. c. 35.

(a) in Expositione Fidei

## IV.

Integra Vitæ Hæresiarchæ istius descriptio habetur (b) Cent.  
IV. Hist. Magdeb. contexta ἐπαρθμήσῃ horrendorum scelerum,  
quorum familiam dicit Tyrannis sive crudelitas, de qua

Socrates lib. II. c. 22. & 33.

Sozomenus lib. IV. c. 20.

(b) fol. 1377. 1378. 1379.

## V.

Hoc loci de ejus doctrina, verius blasphemia, nobis ἐλεγκπ-  
ως differendum, quod ut magis εὐχημονως ηαγηατη ταιξι fiat  
consuetam & hic observabimus methodum, ηατ ανιωθαίτεσι  
Veterum & Recentium Macedonianorum sive πνευματομάχων ge-  
minam, utramq; bipartitam.

## VI.

Prior ανιωθαίτεσι in doctrinæ eorundem συγκείσι, posterior in  
fundamentorum ejus ανασκόπη occupabitur.

A 2

VII. Ia

VII.

In priori prioris ἀντιῳδίᾳ θέσεως parte Veterum ac Recentium πνευματικῶν ταυτητῶν sive convenientiam: in posteriori eorundem ἐπεργήσα sive differentiam depingemus.

VIII.

In priori posterioris ἀντιῳδίᾳ θέσεως parte, Veterum: in posteriori, Doctrinæ Recentium πνευματικῶν, sive Fundamenta sive Argumenta, aīψιστοῖς ιδεῖην ανελέγηται Scripturæ ἐλέγχῳ diruemus.

Αὐτιῳδίῃσι Prior  
eiusq;

Pars prima.

IX.

Convenientia inter veteres & Novos sive Macedonianos: sive πνευματικάς, & quæ ut inter Arianos, partim in θεωρίᾳ: partim in περίξει, conspicitur.

X.

θεωρίᾳ quod spectat: IV. potissimum Convenientiae Gradus, inter hos & illos Constitui possunt.

XI.

1. Utrique SPIRITUM SANCTUM substantiā à PATRE diversum esse, blasphemant.

XII.

2. Utrique essentiale SPIRITUS SANCTI Divinitatem, omnibus, quod dicitur, armis oppugnant, adeoque ipsum & que DEUM esse ut PATREM, præcise negant.

XIII.

3. Utrique eum Creaturis annumerant, perinde, ut Ariani, à quibus SPIRITUS SANCTUS, suprà quām dici potest blasphemè indigitabatur κοινωνία κοινωνίᾳ scilicet FILII.

Cent. IV. Magd. burgenſi f 322.

XIV.

4. Utrique cultum adorationis SPIRITU I SANCTO negant.

XV.

Περὶ quod attinet: 1. Utrique Scripturam mirè torquere consu

consueverunt; à quo studio perquam nefando, nonnulli veterum  
Πνευματικῶν, dicti sunt Tropici, διπό τῷ τρέων τὰς γεαφάς,  
more omnium hæreticorum, de quo (b) Petrus, itemq; Clemens:  
Alexandrinus.

Lib. VI I. Stromat.

Hæreticorum, inquit, proprium est:

Χεὶρας γεαφάς χτελεῖας, χρέως τὸ σῶμα καὶ τὸ ὑψοῦ τῆς  
τροφῆς οὐ παγχρεύει: αλλὰ εἰλεγομένως τὰ αἱματιβόλως εἰη.  
μένας τὰς ιδίας μετάγειν δόξας.

(c) Epist 2: c. 3. 16.

XV L

2. Utrique in hæresi sua pertinacissimè perseveraverunt, neque  
in viam veritatis se reduci patuntur.

XV II.

De Novis res ipsa loquitur: De Veteribus Πνευματικοῖς nonnulli  
nulli quidem ad saniorem mentem redierunt: Dux vero eorum  
Macedonius in SPIRITUM Sanctum blasphemus esse non de-  
stinet,

Cent. IV. Magdab. f. 1379.

XVIII.

Quod itidem ιδίον quasi πάθος omnium Hæresiarcharum:  
In quam sententiam præclarè Thaumasiander Lutherus:

Tom. III. len. German. 338.

Es ist noch nie gehört/ das der befkeret sey/ der falsche Lehre er-  
funden hat/denn solche Sünde ist zu gros / weil sie Gottes Wort le-  
stert, vnd sündiget in den Heiligen Geist / Darumb lesset sie Gott  
verstocken/ das es gehet nach dem Spruch Jesiae 6. Mit sehenden  
Augen soll jhrs nicht sehen / vnd mit hörenden Ohren soll jhrs nicht  
hören: denn diß Volck's Herz ist verstocket.

Christus befekrert keinen Hohenpriester / Aber ihre Jünger  
worden wol befchret/ Als Nicodemus/ Joseph/ Paulus/vnd derglei-  
chen. Die alten Propheten beferten keinen falschen Propheten. Pau-  
lus sonderte auch keinen falschen Apostel befchren / etc.

XIX.

Quæ singula & universa satis superque convincunt: Recen-  
tes illos Blasphematores, qui non Ariani: sed (c) Photiniani, au-  
diere cupiunt: per æquè, ut veteres, Πνευματικοῖς, & Macedo-

A nianos.

nianos esse. quin & vel propter πνευματομάχια istam, Arianos meritò & jure optimo salutari posse ac debere.

(c) Osterodus in libr. Germ: Unterrichtung von den fürnemsten Heupspuncten etc. f. 12.

## II. PARS.

### I. Antidogmatis.

#### XX.

Differentia inter Πνευματομάχους triplex constitui potest 1. est Veterum ac Recentium: 2. Veterum. 3. Recentium invicem.

#### XXI.

1. Inter Veteres ac Recentes hæc apparet differentia; quod illi vindentur omnino statuisse SPIRITUM Sanctum esse τὸ πνεῦμα τὸ ἀπὸ τοῦ ΠΑΤΡΟΥ & ΦΙΛΙΟΥ distinctam: Quidam etiam Angelum eum esse somniabant hi vero plerique omnes eum & τὸ πνεῦμα τὸ ἀπὸ τοῦ Αγγέλου esse negant. XXII.

2. Veteres Macedonianos invicem discrepasse, cum ex aliis, tūm ex hoc memorabili loco Socratis conspicuum evadit:

Lib. I I. c. 35.

Ad istorum societatem Eustathius etiam, qui Sebastianus erat eam ob causam, quād paulo antea posuit extrusus, se adjunxit. Vbi vero à Macedonio denegatum erat, Spiritum Sanctum divinitatis, quae est in Trinitate, partipem esse: tūm Eustathius, Ego (inquit) Spiritum Sanctum neq; Deum nominare in animum induco, neq; creaturam appellare audeo.

#### XXIII.

Eodem pertinet, quod Osiander ex Athanasio refert:

Inter Macedonianos hereticos etiam numerandus est Potentius quidam: qui (cum affeclis suis) afferuit, Spiritum Sanctum, aut esse Patrem aut Filium, aut Filium, aut certè facturam seu creaturam. Dicti sunt quidam Macedonianis. Tropici: qui & ipsi Spiritus Sancti divinitatem impugnantes, sacram Scripturam mirè torquebant: & Spiritum Sanctum angelum esse, sed ceteris angelis majorem, affirmabant.

Hist. Eccl. Cent. IV. Lib. III. c. 23. m. 316.]

#### XXIV.

3. Inter Recentes hoc est Discriminis, quod eorum Quidam, & præsertim Valentinus Gentilis concedunt SPIRITUM SANCTUM

CTUM esse divinam hypostasin: Id verò reliqui omnes pertinacissimè negant.

Fauslus Socin. in ref. Lib. Wiecki

c. 2. f. 43.

XXV.

Verūm-enimvero, ut, ὡς ēν τύπῳ, pio lectori ob oculos sistamus ea, quæ hactenus tum de convenientia; tum differentia Veterum ac Recentium Πνευματικῶν dicta & adducta sunt: sequentia jam subteximus allegata:

I. De Veteribus Πνευματικοῖς

Socrates lib. II. c 35.

Macedonius, tametsi Filium DEVM esse & cum aliis rebus omnibus, tūm Substantia Patri similem asserebat: tamen Spiritum Sanctum istis honoris quasi insignibus carcere affirmavit, cumq; ministrum illis inservientem vocavit.

Sozomenus lib. IV. c. 26.

Simul ut Macedonius episcopatu Ecclesiae Constantinopolitanae abdicat usfuit, deinceps ab Acacio & Eudoxio opinione dissentire cœpit. Si quidem Filium Deum esse, & cum aliis rebus omnibus, tūm Substantia Patri similem asseruit. At Spiritum Sanctum non ejusdem cum Patre ac Filio honoris participem esse docuit, sed ministrum eum & famulum vocavit: et demq; de illo, quæ de Angelis verè dici possint, disseruit.

Idem Lib. VI. c. 22.

Dum hæc geruntur, controversia, quæ jam pridem incepta fuerat, nimirum utrum Spiritus S. Patri & Filio consubstantialis censendus esset, jam magis magis crevit: deg̃ ea multæ disputationes plenæ contentionis, non minores illis, quæ ante de DEO VERBO susceptæ fuissent, institutæ. In hac re quidem & hi, qui Filium Patri dissimilem, & illi qui eum Substantia Patri similem asserebant, inter se consenserunt. Nam utriq; Spiritum S. administrum, & terium à Patre tūm ordine, tūm honore, quin etiam substantiā diversum esse affirmabant. At qui Filiuni Patri consubstantialem putabant, hi de Spiritu Sancto idem ipsum censebant.

II. De Novis.

Servetus.

Lib. I. de Trinit. p. 28.

SPIRI-

SPIRITUM SANCTUM non rem aliquam separatam : sed DEI agitationem quandam, seu inspirationem virtutis DEI designari dicimus.

Blandrat a.

In Disputat. Albana Act. 6.

Non dicimus Verbum & Spiritum esse personas aut individua aut aliud Sophisticum, sed esse altissimi DEI Patris virtutes, quibus & olim & nunc quog, in novi mundi creatione erit.

Sommerus.

Contra Carolinum p. 167.

Spiritum Sanctum Deum esse, & distinctam à Patre & habere ~~co-~~-  
sternum, negamus cum universa Scriptura; esse autem illum motum tantum in  
animis excitatum non dicimus, sed fatemur esse occultam vim & cibę etiam  
DEI, quae nos in vitam aeternam regenerat.

Idem p. 171.

Credimus Spiruum S. esse DEI Patris & Filii Spiritum: quem quidem nos Deum dicere dubitamus: invocare autem atq; adorare nobis religio est, cum id nusquam mandatum sit à DEO.

Smalcius in Catechesi c. I. p. 41.

Wie antwortestu mir wegen des Heiligen Geistes? Also/das der H. Geist nirgend in H. Schrifft ausdrücklich Gott genant wird. Das ihm aber an etlichen Ortern die dinge / die Gott eigentlich angehen / zugeschrieben werden/ dessen ist nicht die Ursach/ als sollte er eine Person in derselben Gottheit sein: sondern eine andere / von welcher du an seinem Orte hören wirst.

pag. 64.

Das er aber auch des HERXX und des Geistes neben Gott gedencket/das geschicht darumb/ das derselbige HERX ist der/durch welchen Gott alle diese ding wircket: des H. Geistes aber gedencket er darumb besonders / dieweil er von solchen dingen redet / die die Gieubigen angehen/ welche Gott nur durch den H. Geist/vnd durch keine andere seine macht wircket.

Avt̄o Dḡ. Geor̄.

POSTERIOR

cjusque

I. PARTS.

XXVI.



Fuit prior *avni* *δέ* *θεοίς*: succedit posterior, in cuius parte pri-  
ori, Veterum *Pneumatopoiā* sive *fundamenta*, sive *argumenta*,  
diruenda, & diluenda veniunt.

## XXVII.

Hæc verò partim ab *Athanasio*: partim ab *Aliis* prolatæ & *IV Argumentorum*  
*confutata* deprehendimus.

I.

*torum, que a-*  
*pud Athana-*

## XXVIII.

*Athanasius*, sive, ut alij censem, *Doctissimus* quidam Vir, *suum.*  
*Maximus*, Sermone primo, contra diversas hæreses, *Macedonia-*  
*norum*. *Argumenta* proponit & refellit, *quatuor.*

## XXIX.

I. Sic habet: *SPIRITVS SANCTUS* *neg*, *PATER* *est neg*, *FI-*  
*LIVS.* Ergo non *est DEUS*.

L

## XXX.

Resp. Est Sophisma *τὸ δὲ τὸ οὐκανόν τὸ μὴ ἀπλῶς*. Distin-  
guendum igitur inter nomina *essentia* & *Personarum*; quorum hæc  
*essentiam* non excludunt sed includunt.

## XXXI.

Persona enim *distincta* quidem est, sed *substantia* *non divisa* ab  
*essentia*: sed ipsa est *essentia*, certa tamen proprietate characteri-  
stica, quasi, ex communione singulare, & *πόδε* *η* contracta, sicut  
Scholastici loquuntur.

## XXXII.

Ideoque illa *communicabilis* est & *communis* *singulis* tribus Tri-  
nitatis Sacrosanctæ personis: Hæc verò est *incommunicabilis*, &  
& *cuique* *personæ propria*.

## XXXIII.

II. Hoc modo proponi potest:

- SPIRITVS SANCTVS* *non est adorandus, quia:*
1. Nec *PATER* nec *FILIVS*,
  2. Quia non *est DEVS*, siquidem id, quod extat 2. Cor. c. 3. 17. de  
*DEO PATRE* intelligendum.
  3. Quia nuspia *Scriptum*, quod sit adorandus.
  4. Quia *DOMINVS DEVS* adorandus & *ipsi soli serviendum*,  
*Deut. c. 6, 13. Matth. c. 4. v. 10. Luc c 4, 8*
  5. Quia nemo potest *CHRISTVM DOMINVM* appellare, nisi  
*in SPIRITU SANCTO*.

II.

B

Ergo

Ergo SPIRITVS SANCTVS non est DEVS.

XXXIV.

Facilis & expedita est responsio ad singula probationis membra. De primo thematijs proximè præcedentibus, sufficienter dictum & actum fuit.

XXXV.

Ad secundum respondet Autor illius Sermonis; locum Apostoli 2. Cor. c. 3. accipi posse, de SPIRITV SANCTO; id quod docent sine intervallo sequentia: ubi SPIRITVS DOMINI: ibi libertas &c.

XXXVI.

Sed licet locus iste generali sit, pugnans contra Anthropomorphitas, quod Deus non essentia Corporalis: sed spiritualis: attamen, alibi in Scriptura, loca extant specialia, in quibus SPIRITVS SANCTVS disertè vocatur DEVS.

Act. c. 5, 3. & seq. 1. ad Cor. 3. 16. & 17. c. 6, 19, 20. c. 12, 4, 5, 6.

XXXVII.

Ad tertium respondemus per inficiationem. Adorandum enim esse SPIRITVM SANCTVM duobus maximè illustribus Scripturæ testimoniis evinci potest: Vnum est Veteris: alterum Novi Testamenti.

XXXIX.

E Veteri Testamento huc potissimum spectat, illud *regiūgior* Isaiae c. 6, repetitum in (e) Apocalypsi Iehannis, quo Angeli in Cœlis DEVM assidue adorant ac celebrant, voce magnâ canentes:

SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS  
DEVS ZEBAOTH.

(e) c. 4.

XXXIX.

Hic enim non saltem implicitè, ternâ Vocis (DOMINVS) repetitione, mysterium trium personarum Divinarum & omogoniv in unitate Essentiae Divinæ, insinuatur; id quod, in Disputatione mea, de DEO UNI TRINO, nec non in Problematis in Symbolum apostolicum, copiosè & perspicuè ostensum fuit.

X L.

Sed hic ipse textus explicitè & directè enarratur de SPIRITV SANCTO:

Act.

Cumq; inter se non essent concordes, discedebant, ubi dixisset Paulus unum verbum, Benè Spiritus Sanctus locutus est per Esiam Prophetam ad Parres nostros, dicens, Vade ad populum istum, & dic, Auribus audieris, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non percipietis. &c.

## XL I.

Syllogismus isthinc texi potest hujusmodi:

Si is, qui ab Angelis adoratus & Prophetam allocutus: fuit SPIRITVS SANCTVS, sequitur: SPIRITVM SANCTVM esse adorandum.

Lequi verum prius, ex testimonio jam allegato

Ergo. & posterius.

In Novo autem Testamento, ad isthunc probationis scopum rectâ quod dicitur, linea collimat, institutio Baptismi, qua Apostoli, horumque in doctrina Successores jubentur, baptizare, non tantum in nomine PATRIS, & FILII: sed SPIRITVS etiam SANCTI. Matth. 28.19.

## XL II.

Et sic utique & FILIVS & SPIRITVS SANCTUS, in eodem omnipotentiae Majestatis throno, PATRI adjunguntur, idque in gradu statuque prorsus æquali.

## XL III.

Quid autem istud aliud quam solennis adoratio & Invocationis communis singulis tribus Trinitatis Sacrosanctæ personis?

## XL IV.

Quòd autem Νέοντευματομάχων nonnulli nomen SPIRITVS interpretantur, de Divina Virtute: id oppidò absurdum est; siquidem DEVS PATER & Divina ejus Virtus, unum taurò.

## XL V.

Ejusdem corij est exceptiunctula, quam nonnulli necant, ex i. Cor. cap. 10. ubi Israelitæ dicuntur, baptizati in Mosen, in nube & in mari.

## XL VI.

Confundunt enim Baptismum Novi Testamenti impropriè

B 2

sic di-

sic dictum, cum illo baptismo Veteris Testamenti Typico, neglecto discrimine, quod multiplex.

XLVII.

Nam i. ille est verus proprius sic dictus: hic erat tantum typicus & figuratus.

XLVIII.

2. Hic peragitur aqua & spiritu (f) ille significabatur nube & mari.  
(f) Ioh. 6.3.

XLI X.

3. Hujus tradita est solennis formula: Ego baptizo te in nomine PATRIS &c.: hujus erat nulla.

L.

4. Hic dirigitur in peccatorum remissionem: ille in doctrina Mosis commendationem. Id enim vult τὸ ΙΝ ΜΟΣΕΝ, quod non Forma: Sed Finis nota.

L I.

Quartum probationis membrum itidem ἐνδυάλυτον est. In dicto enim Deut. c. 6.13. Matthi c. 4, 10. Lui. c. 4, 8 particula SOL I non opponitur: FILIO & SPIRITU SANCTO, ejusdem cum PATER essentiæ, in sinu æternæ DEITATIS:

L II.

Verum Creaturis extra DEITATIS sinum, illū sicut & apud (g) Esaiam, ubi ἀπὸ αὐτοῦ, inter JEHOVAM, &c., quæ non JEHOVA; inter personas intra sinum DEItatis: & cetera omnia quæ extra illum, inter CREATOREM TRIVNUM, & Creaturas, quæ a CREATORE TRIVNO, & extra ipsum.

(g) c. 42, 8 c. 48. II.

L III.

In quinto nulla est analogia: Itaq; ritè ac scitè respondet Autor Sermonis illius Dialogistici, per ἀπαγωγὴν εἰς τὸ ἀδύνατον, hunc in modum:

Si hoc minuit autoritatem SPIRITVS SANCTI quod nemo nisi in ipso CHRISTVM dicere potest DOMINVM: minuet & hoc autoritatem PATRIS, quod nemo venit ad FILIVM, nisi (i) PATER, eum traxerit, Sed istud est purum putum ασέβημα.

Ergo & illud,

(i) Ioh. 6.44.

LV. Et



LV.

Et tantum de secundo Argumento: terrium erat tale:  
SI SPIRITVS SANCTVS neq; DOMINVS est neq; DEVS: falso accen-  
setur Trinitati  
Sed verum prius  
Ergo & posterius.

30

LVI.

Respondet Autor per instantiam & distinctionem.

LVI.

Instantiam sumit ab Angelis, qui & ipsi accenseantur Trini-  
tate: sed id minus commode dictum.

LVII.

Distinctionem statuit inter SPIRITUM SANCTUM & An-  
gelos, quorum hi annumerentur PATRI & FILIO saltem ~~ορθο-~~  
~~γοια~~: ille autem τῇ Φύσῃ & σοιᾳ.

LIX.

Rectius negatur Assumptum. SPIRITUM enim SANCTUM  
& DEUM & DOMINUM appellari: tūm ex aliis: tum ex illis li-  
quet testimoniis, quæ paulo ante fuerunt adducta,

LX.

Quartum Argumentum est hujus notæ:

SPIRITVS SANCTVS non est ὅμοιος PATRI & FILIO Ergo.

4

LXI.

Resp. Est vana profana & insana principii petitio. Contra-  
rium enim suo superius loco ex V. & N. T. satis dilucidè & firmi-  
ter demonstratum dedimus.

LXII.

Atque sic fuerunt Veterum Macedonianorum Argumenta,  
quæ prolata & confutata in Sermoni illo contra Macedonianos, II. Argumen-  
ta ex aliis:  
qui habetur in Scriptis Athanasii; at teximus paucula ex Aliis.

LXIII.

I. Synodus Nicena nihil definit de ὁμογονίᾳ SPIRITVS SANCTI  
cum aeterno PATRE. Ergo.

LXIV.

Ad quod rectè responsum, à Patribus Orthodoxis, Basilio,  
Nazianzeno, & Epiphanio partim per εὐστούν Synodi Alexandri-

B 3.

næ, in

næ, in qua illud clarissimè constitutum: partim per ἀκδήλωσιν causa-  
 se illius præteritionis, quæ ista, quod de SPIRITU SANCTO  
 tum temporis non præcipua cum Ario controversia.

LXV.

Et imprimis αξιούμημόν οὐτό est Sententia Nazianzeni:  
 Sufficit nobis illa Confessio. Quia enim dicunt, se credere in S.S. sicut in Pa-  
 trem & Filium. Ergo fatentur esse Deum, & ὁμογενές Patri & Filio.

Nec non hæc Basilius.

Epist. 73. ad Monach.

In Patrem & Filium & S.S. credimus. Deniq; in nomen Patris, Filii &  
 Spiritus S.baptizamur. Quapropter à Conjunctione Patris & Filii Paracle-  
 tum separamus?

LXVI.

2. Nihil in rebus existentibus est, quod non in distinctionem hanc ca-  
 dat, ut vel sit ingenitum, vel genitum, vel Creatum: Sed Spiritus nec ad pri-  
 mum, nec ad secundum referri potest: Ergo ad tertium.

Basilius in Serm. de SPIRITU SANCTO,

LXVII.

Resp. Est ωρθολογισμὸς ωρθὸς τὸ ἐλληνὲς τῆς Διαρέσεως: Omit-  
 titur enim quartum, quod τὸ ἀκπορευόμδυον.

LXVIII.

Plura videantur apud Patres, æternæ SPIRITUS SANCTI  
 existentiæ & DEITATIS, adversus πνευματικάχες, intrepidos  
 Assertores, quales potissimum;

Basilius in disputationibus contra Eunomiū, & in peculiari, Libro de S.S.  
 Didymus Alexandrinus in tractatu de SPIRITU SANCTO.

Nazianzenus in libris de Theologia, in Oratione V. in Sanctam Penteco-  
 sten & alibi

Ambrosius in Libris de SPIRITU SANCTO.

II. Pars

ἀντιθέσεως.

LXIX.

Argumenta Recentium πνευματικῶν maximam partem  
 ejusdem sunt fecis & farinæ, cuius Veterum.

LXX.

Diluuntur Smalcians (h) ne unum quidem afferre audet argumentum  
 specia-

speciale; sed frigidas & frivolas saltem ne sit exceptiunculas, contra exceptiuncula  
alia Scripturæ loca, quibus Orthodoxi uti consueverunt. Smalcii.

*Matth. c. 28, 19. I. Cor. 12, 4, 5, 6. Iob. 5, 7.*

(h) Cap. I. fol. 41. & sequentibus

LXXI.

I. Dictum Matth. c. 28, 19. obscurare nititur Exemplis (i) Personarum (k) & Rerum quæ & ipsæ Deo adjungantur: licet non eisdem cum eo sint essentia.

(i) *Exod. c. 14, 31. I. Sam. c. 12, 18. (k) Actor. c. 28, 32. Eph. c. 6, 10.*

LXXII.

Sed utrobiq; palpabilis certitudo *disparitas* In cuius enim nomine baptizamur: ejus virtute Divina regeneramur, & ad fidem in eum unicè collocandam, cultumque religiosum adoratione eidem præstandum, solenniter pacto federe, obligamur.

LXXIII.

Atqui hæc nemini præterquam soli Deo competit, nec quicquam eorum participatur ulli Creaturæ,

LXXIV.

Eiusmodi autem nequaque sunt ea, de quibus, in locis ab Antagonista blasphemo blasphemè allegantibus: Sed suo modo Deus ea etiam participat Creaturis.

LXXV.

Sic obedientia & assensus ab auditoribus debetur Verbi præconibus in iis, quæ Divina autoritate, ipsis proponunt *Heb. c. 13, 17.* Et eò accipiendum locus *Exod. c. 14, 31.*

LXXVI.

Ita (l) timor debetur Magistratui, ut Administro DEI quo sensu intelligemus locus *I. Sam. c. 12, 18. (l) Prov. 24, 22. Rem. c. 137.*

LXXVII.

Quod locum *Act. 21, 23.* attinet, ubi Apostolus Episcopos commendat Deo & Verbo: id utriq; competit sed diverso modo: illi principali-  
ter: huic instrumentaliter.

XLVIII.

Exemplum, ex Epist. ad Eph. c. 6, 10. planè est εξ αγώνων & ἀπερι-  
σκοπῶν, siquidem Deus & potentia eius, propter simplicissimam  
essentiæ Divinæ simplicitatem, unum ταῦτα, quod cuivis Chri-  
stiano notissimum.

LXXIX.



LXXXIX

Summa. In nullo istorum Scripturæ locorum, ullà sit baptis̄m̄i mentio; addè quòd in posterioribus duobus non personæ Deo ad- junguntur: sed res, ipso adversarii testimonio. In formula antem baptismi nomina personarum exprimuntur.

LXXX.

Tantum de prima loco. Contra secundū I. Cor. 6. 12, 4, 5, 6. exci- pit Tribui quidē SPIRITU SANCTO ἐνεργήματα solius Dei pro- pria: sed hinc tamen probari posse, quod is ejusdem essentiæ cum PATRE: sed contrarium potius, cum SPIRITUS SANCTUS à Deo & Domino aperte distinguatur.

LXXXI.

Resp. Orthodoxos, quos Sycophantæ isti Trinitarios appellant, essentialē SPIRITUS SANCTI Deitatem, non tam ex Divinis ἐνεργήμασι probare: quām inde, quòd Apostolus eorum ἐνεργημάτων Autorem, quem Paulo ante SP̄RITUM dixerat: eundem mox nominat Deum itemque DOMINUM, expresso τελεγχαμάτῳ JEHOVAH.

LXXXII.

Quod de distinctione garris Gerro: mera est κυβεία ἐν πανγο- γίᾳ, τοὺς τὴν μεθόδειαν τῆς πλάνης, hominibus illis per quam fa- miliaris. Eph. 6. 4, 24.

LXXXIII.

Quod si, ex hypothesi Antagonistæ. pròpterea saltem SPIRITUS SANCTI hic fiat mentio, quia DEUS PATER, per illum operetur: an non pari ratione dici posset: Dei PATRIS hīc meminiisse Apostolum, quia SPIRITUS SANCTUS, per ipsum opera- tiones producat suas; quod cum absurdum agnoscat suæ etiam agnoscat exceptionis futilitatē insanus πνεύματα χρ.

LXXXIV.

Tertium quod assuit ex I. Joh. 5, 7. hoc propriè non spectat: sed ad generalem de Trinitate locum. Quò illud, ναὶ διποδίωξιν, jure suo remittimus, ex lege justitiæ, quæ unicuique suum tribuit,

F I N I S.

WOPP



05 A 527




VO 17





**Farbkarte #13**



C U M S P I R I T U  
S A N C T O ,  
**VII. DISPUTATIO**  
*συνοδολογιη,*  
eaque  
**IV. Specialis & posterior de S y N O D O**  
**C O N S T A N T I N O P O L I T A N A I .**  
Oecumenica II.  
*De*  
**M A C E D O N I A N I S M O**  
*sive πνευματωμαχία, vetere ac Recenti.*  
*In Electorali ad Albitum Academiā,*  
*Proposita*  
*A U T O R E ac P R A E S I D E*  
**I O H A N N E F Ö R S T E R O**  
**S S. Th. D. & Prof. Ordinario.**  
*Respondente*  
**F R I D E R I C O V V A G N E R O**  
*Regio-Montano Borusso.*  
*Ad diem V. Decembr. horis locog̃ consuetis.*  
*W I T T E B E R G Ā,*  
**E x officina Iohan. Gormanni**  
*A N N O M. D C. XII.*